



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque  
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Pvnct. VIII. De casibus, in quibus ipso iure latum est interdictum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

De casibus in quibus ipso iure latum est interdictum.

## §. I.

Expenduntur casus in quibus interdictum locale latum est.

- 1 Refertur primus casus in quo interdictum locale generale incurrit, est cum ciuitas non obseruat que pro electione summi Pontificis in cap. vbi periculum de elect. in 6. prescribuntur.
- 2 Secundus refertur, qui est ob exactionem tributi ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis.
- 3 Tertius apparet per percussionem, seu hostilem insecutionem Cardinalium.
- 4 Quartus ob concessionem habitationis usurariis alienigenis factam.
- 5 Quintus ob iniuriam Episcopo factam.
- 6 Sextus, eo quod impeditur Legatus, vel Nuntius Apostolicus, ne suum officium libere exerceat.
- 7 Interdictum locale speciale incurrit per transgressionem constitutionis in cap. 1. de sepultur. in 6.
- 8 Item ob transgressionem constitutionis in cap. quicunque de hereticis codem lib.
- 9 Nullum ex predictis interdictis obseruandum ex obligatione est, quousque fuerit denunciatum.

- 1 Primus casus in quo interdictum locale generale incurrit, habetur in cap. vbi periculum de elect. lib. 6. vbi ciuitas in qua summus Pontifex moritur, vel illius electio facienda est interdicto supponitur, & Pontificali dignitate priuatis eius Rector, & officiales inviolabiliter non obseruantur que pro electione summi Pontificis in predicto cap. prescribuntur, quae latius explicamus, cum excommunicatione in dicto cap. contentam declaravimus.
- 2 Secundus refertur in cap. quantum de censib. lib. 6. ibi interdictum Clivitas, universitas, Collegium, Castrum, vel locus qui ab Ecclesiasticis personis, vel ab Ecclesiis pedadia, quidam, vel alia tributa per se, vel per alium de rebus suis aportandis, & vel exportandis extra causam negotiationis exegerint. Quod interdictum perseuerat, quousque que acceptum restitutum, & pro delicto competenter fiat iustificatio.
- 3 Tertius continetur in cap. felicis de Paris lib. 6. ibi ciuitas quae praeceps Urbecum, & occidentibus, vel percutientibus, seu noscibiliter infestantibus Cardinales, Sanctae Romanae Ecclesiae auxilium, consilium, vel favorem praeterit, vel quae intra meensem a die delicti cogniti computandum delinquentes huiusmodi, prout qualitas facinorum exigit, non duxerit puniendos cum commode possit interdicto absoluere subiecit, & Episcopali dignitate priuatur. Quod interdictum non extenditur ad loca subiecta, & de iurisdictione illius ciuitatis, neque est Pontifici reseruatum, tametsi excommunicatione ibidem adiutus singulares personas hoc facinus committentes, referuntur.
- 4 Quartus habetur in cap. 1. de usurari lib. 6. ibi enim statutum Episcopus, & Archipiscopus, vel alij Ecclesiastici superiores, vel inferiores suspensus, vel excommunicatione sententia per mentem induxit animo sustinuerint eo quod manifeste usurparis alienigenis loca ad habitandum, & fecundum in terris suis concesserint, ipsorum tera vbi hi usurpari commorantur. Ecclesiastico interdicto supponuntur, quousque illi usurpari ab illis terris recesserint. Ter. & vero laicorum non subiiciuntur ob hoc delictum interdicto sed teniente interdicenda: uti ex Paludano notauit Sayrus lib. 5. cap. 12. num. 5.

- 5 Quintus habetur in Clement. de Paenit. vbi domino temporali sufficiente quemlibet Episcopum corporali iniuria per se vel per alium, aut eam ratam habente, vel consilium ad eam patrandam praeceps, vel ciuitate predicitum delinquentem defendantem, tenui illius, dummodo ultra viam diocesis non contineat, generali interdicto supponitur, & que ad condigam satisfaciouem, deinde locus, vel loca, vbi Episcopus fuerit in iuriis detenus, eidem subiicitur interdictum, quamdui detentus ipsa durauerit. Quod si sub dominio iniuriantis plures sicut dioceses, interdicta est diocesis in qua is dominus delinquens suum principale habet domiciliun, & praeceps illi in qua fuerit delictum hoc commissum, si ciuius fuerit, & due alia quae sub ipso sunt eidem loco viciniores. Idemque interdictum pertinet in ead. Clem. adiutus ciuitatem tale delictum committentem.

Ceterum solum est differentia quod ciuitatis interdictum non incurrit ob causilibet Episcopi iniuriam, sed necessaria

tio debet esse iniuria Episcopo proprio facta, vt constat ex illis verbis: In suum Episcopum: vt bene notauit Bonac. r. de censor. disp. 4. q. 3. pun. 4. circa finem. Nomine autem ciuitatis non venit diccessis, neque item villa aut inferior populus, sed se constat.

Sextus continetur in Extraag. Super gentes de consuetud. inter communias, vbi dominii regni, castris, ciuitatis, oppidi, vel alterius loci impedientes, ne Legatus, vel Nuntius Apostolicus in suas terras ingrediatur, neve officium suum exequatur; excommunicationi subiectiur, & coram regna, ciuitates, castra, & loca supponuntur interdicto, quoique in ea contumacia persistunt. Sed an hoc impedimentum praestare debeant praetextu consuetudinis, non est confitans sententia. Suar. disp. 37. l. c. 1. num. 22. Altera de interdicto, disp. 12. c. 3. sub finem, id affirmat, probarique potest partim ex praefatione huic consuetudini, quae est aduersus dominos temporales, praetendentes sibi competere ex coniunctudine, ne viuis Legatus ab ipsi non peritus in eorum terras ingrediatur, munitione suum exercet, quam consuetudinem vi ratione contraria, & Apostolicæ autoritati detrahentem Pontifex reprobat, partim ex rubrica, sub qua haec consuetudo collocata est, quae est de consuetudine.

Ceterum communior sententia, & tutor est opus non esse ad hanc consuetudinem incurriendam, quod praetulerit impedimentum praetextu consuetudinis, sed satis esse quoque titulo praetetur, quae a eis Pontifex occasione dominorum qui praetextu consuetudinis hoc impedimentum apponebant Legatis Sedis Apostolicae hanc consuetudinem ediderit, tamen cum legem tulit in futuris, nullius consuetudinis meminit, idque reliqui omnes Doctores praeceperunt. & Alterum nihil amplius requirunt ad predictas censuras incurriendas, nisi quod Legatos sed & Apostolicas impediatur ingressus, & eius manus, & officium. Sicut traditus Sayrus, lib. 1. c. 14. n. 1. Sayrus lib. 5. cap. 12. num. 2. Bonacina c. 3. de censor. disp. 1. q. 3. pun. 5. &c. alii.

Quoad interdicta localia specialia duplex casus in uno continentur, alter habetur in c. 1. de sepulturis in 6. vbi Clericis sive secularibus, sive regularibus inducentibus aliquem ad vocandum, surandum, vel fidei interposita promittendum eligere sepulturam in suis Ecclesiis, vel electam non mutarum, latum est praecipuum ne predictos electores sepeliantur, & insuper intra decem dies a die sepulturae omnia emolumenta occasione sepulturae accepta. Quod si non praetinerint Ecclesia ipsa apud quas haec corpora sepulta fuerint, nec non & cemeteria, etiamque ex tunc eo ipso supponuntur interdicto, donec ab eis praestetur restitutio plenaria omnium predictorum. Huiusmodi casus explicatus est, cl. Clement cypriente, & sanè de Paris declarauimus, quia ibidem aduersus predictos excommunicatoe reservata fuit.

In predicti vero notandum est obligatos est praefatos clericos ante iudicis sententiam omnia emolumenta occasione sepulturae accepta, restituere, siquidem ob non restitutioem factam gravis pena inveniatur. Deinde Ecclesiam interdicto supponit, etiamque unus tantum gravis patientem emolumenti non restituere, quia rector Ecclesie tenuit plenaria satisfactionem facere. Secus vero dicendum est quando religiosus, vel clericus aliquis priuatum committeret hoc delictum, inducens aliquem ad vocandum, vel prominentium elegere sepulturam in eius Ecclesia, & aliij Clerici ignari huius omnis est sepulcum defundum, nullo modo Ecclesia est supponenda interdicto, tamen nihil restituant, quia ob delictum singularis personæ non est locus communis alii interdicendi, maximè cum alij Clerici bona fide processerint, & Texus utratur verbo *præsumptio*.

Alter casus interdicti localis specialis continetur in cap. 8. quicunque de Hereticis, lib. 6. si enim haereticus, cuiuscum receptator, defensor, vel fautor traditor scienter Ecclesiastica sepultura, locus ille in quo sepulturæ est in perpetuum priuatur, ne alios recipiat. Et licet Paludan. in 4. d. 18. q. 8. art. 1. principaliter, & quantum ad tertium. Sayrus lib. 5. cap. 12. num. 10. Filiacus tract. 18. cap. 6. q. 4. num. 140. & alij censent hoc verum esse interdictum. Rectius Suar. disp. 37. set. 1. ad fin. Alterius de interdicto, disp. 12. cap. 4. num. 28. Bonac. c. 3. de censor. disp. 4. q. 3. pun. 7. assertum solam esti prohibitionem, ne ibi alius fidelis sepeliat; nam si interdictum efficeri priuare officiis diuinis, & sacramentis, non autem sola Ecclesiastica sepultura. Maxime cum haec prohibito non extendatur ad omnem Ecclesiam, sed solum ad locum illum, scilicet tumulum, in quo corpus haereticus, vel eius favioris sepulcum est. Præterea si notandum debere esse haereticum denunciatum, vt hinc consut locus.

Ad extremum adiungit nullum ex predictis interdictis obseruandum ex obligatione esse, quousque denunciatio illius facta fuerit, quia post Extraag. Ad eum, andia scandala nemo tenetur abstineri a celebratione loci, qui denunciatus non est interdictus, siue neque à communicatione cum interdicto.

Etsi ut ex communi sententia notarunt Suar. disp. 37. sect. 2. n. 3. & Sayr. lib. 5. thesauri. cap. 12. n. 24. Coninch. disp. 17. dub. 3. in fine. Bonac. t. 3. de censur. disp. 4. q. 3. pun. 2. in fine. n. 8. Filiiuc. tract. 18. c. 6. n. 128.

## §. II.

Expeduntur interdicta personalia generalia  
ipso iure lata.

1. Primum interdictum personale generale incurritur ob concessionem habitationis manifestis usurariis alienigenis.
2. Secundum ob concessionem, vel extensem reparationem in clericos, ipsorumque bona.
3. Tertium ob refusum statutis à Summo Pontifice circa divisionem Episcopatus Tolofani.
4. Quartum ob violationem constitutionis Ioannis XXII. circa fructus vacantiū beneficiorū.
5. Quintum ob appellationem à mandatis, & ordinacionibus Summi Pontificis ad futurum generale Concilium.
6. Sextum ob concessionem dimissoriarum ad ordines vacante Sede.
7. Ultimum ob imponentes, vel exigentes decimas, aliae tributa ab Ecclesiasticis personis.
8. Debet communitate interdicta delictum constare, ut predictis censuris afficiantur.

**P**rimum interdictum personale generale deduci potest ex c. 1. de usuris in 6. vbi vniuersitates, collegia, aliae &e communitates Ecclesiasticae habitationem manifestis usurariis alienigenis in suis terris concedent, interdicto absoluto supponuntur. Episcopi vero, & alij superioris suspenduntur, inferiores vero excommunicatione ligantur. Communitas vero que interdicto supponitur Ecclesiastica esse debet, nam laica aliis penitarris arbitrio Episcoporum compellenda est, ut caetur in dicto Textu, & notatur Bonac. t. 3. de censur. disp. 4. q. 1. p. ult.

Secundum est aduersas communites extendentes, vel concedentes reparationem in clericos, ipsorumque bona, nisi intra mensum reuocauerint, singulare persona pena excommunicationis afficiuntur, ut constat ex cap. unico de usuris lib. 6. & notant omnes. Hos Texus superius explicimus, cum de excommunicatione egimus.

3. Tertium fertur interdictum contra vniuersitates, que ex certa scientia praefumperint resiliere statutis à Summo Pontifice circa diuisiōnē Episcopatus Tolofani, & habetur in Extraug. Salvator de Prabendis inter communes, apponiturque ibi excommunicatione circa particulares personas, suspensio aduersus Capitula, Collegia, & Contentus, sicuti suis locis explicitum est.
4. Quartum generale personale interdictum continetur in Extraug. unica: Ne Sede vacante, vbi Capitulum, Collegium, vel Vniuersitas non obseruant constitutionem, Ioannis XXII. circa fructus vacantiū beneficiorū, interdictum absoluē. Idem habetur in Extraug. sucepti regiminis. Episcopi suspenduntur à Pontificalibus, & ingressu Ecclesiæ, singulare persona excommunicantur, ut suis locis explicitum est.

Quinque habetur in Bulla cœna Domini, clausula secunda, nam ibi interdicuntur absolue vniuersitates, Collegia, & Capitula seu contentus appellantur à mandatis, & ordinacionibus Summi Pontificis ad futurum generale Concilium. Itēque interdicuntur quorū favore fuerit appellatum. Sed de hoc textu satis diximus, cum hanc Bullæ clausulam explicitum.

6. Sexum continetur in Conc. Trident. sect. 7. cap. 10. de refor. aduersus Capitula Ecclesiastarum, quæ infra annum Sedis vacantis dimissoriarum ad Ordines aliqui concedunt, qui beneficij Ecclesiastici recepti, vel recipiendi arctatus non fuerit. Quod qua ratione debeat intelligi superius, cum de iuspenſione habitus est fermō, expoluiimus.

Septimum referri solet interdictum latum in cap. clericis de immunit. Ecclesiast. lib. 6. aduersus vniuersitates imponentes, vel exigentes tales, decimas aliae tributa ab Ecclesiasticis personis. Sed hæc constitutio reuocata est à Clemente V. in Clement. vñ de immunit. Ecclesiast. sicuti aliis relatis notarunt Sayrus lib. 5. cap. 12. num. 13. Suar. disp. 37. sect. 1. num. 16. Bonac. disp. 4. q. 1. pun. 3. In ea vero Clement. sub pena excommunicationis præcipitur in huic modi exadiectibus seruari præscripta in cap. non minus. & cap. aduersus, de immunit. Ecclesiastarum, sicuti superius explicitum.

8. Pro his interdictis aderit eo ipso quid communitatī consideriter delictum esse commissum cui interdictum annexum est, absque villa alia sententia, se reputare debet interdicto ligatam, quia per sonis interdictis, vel excommunicationis, seu suspensi nullus fauit in Extraug. Ad cuiusmodi scandalata fa-

ctus est. Sicuti aduerit Suar. d. disp. 37. sect. 2. num. 5. Ex eodem quid vni, vel alteri delictum constet, nullus ligatur interdicto, neque etiam illi qui causam interdicto dederunt quia hi non ligantur, quoque communitas ligetur, quæ ligari non potest, nisi delicti plenam, & perfectam notitiam habeat. Sicuti aduerit Suar. supra, num. 4. Filiiuc. tract. 18. capite 6. num. 130.

## §. III.

Referuntur interdicta personalia specialia.

1. Primum est de eo qui causam interdicto locali, vel generali dedit.
2. Secundum contrahitur à indicibus non seruantibus confessionem Cap. cum medicinalis, de sententia excommunicis in 6. in ferendis censuris.
3. Tertiū interdicuntur recipientes aliquam dignitatem de manu laici.
4. Quartū Episcopi, & Superiores usurantes bona Ecclesiastica vel beneficiorum vacantium.
5. Quintū celebrantes, vel facientes celebrari divina in ciuitatibus, casris, tenlocis alii interdictis ab Ordinariis.
6. Sextū Episcopi, & Superiores Prelati, recipientes ab Ecclesiastica munera, & alia quæ sibi non debentur.
7. Septimū Ordinarij conferentes beneficia eorum qui pro suis negotiis ad Romanam curiam profecti sunt.
8. Octauo Episcopi, & Superiores qui aliqua bona beneficiorum vacantium usurpat.
9. Nonō alienantes Ecclesia bona contra Extravag. Ambitioꝝ.
10. Decimū Prelatū edentes glossas, seu comment. in Trident.
11. Undecimū Metropolitanus qui intra tres mensē Suffraganeos Episcopos abque rationabilis causa absentes, amicale Pontificis omittit.
12. Duodecimū simoniacos ordinantes.
13. Decimotertius recipientes beneficia in confidentiam.
14. Decimo quartū Presbiteri, Diaconi, & Subdiaconi in crimine fornicationis perseuerantes.
15. Denique iū qui elemosinas anticipatas pro Missis dicendi accipiunt. Et quid in hac parte statuerit Iusta Congregatio late expendiūtur.

**P**rimum speciale interdictum colligitur communis sententia, ut videtur potest apud Sayrum lib. 5. thesauri. cap. 12. num. 11. Suar. disp. 37. sect. 1. num. 15. Nauart. cap. 27. num. 16. Filiiuc. tract. 18. cap. 6. num. 14. Bonac. t. 3. de censur. disp. 4. q. 1. pun. 1. ex Textu in cap. si sententia de sententia excommunicationis lib. 6. decidente cum qui causam dedit interdicto locali, vel generali personali, specialiter manere interdictum, ut que possit libili divina participare.

Secundum interdictum habetur in cap. cum medicinalis, de sententia excommunicatis in 6. aduersus quoque ludices, qui in ferendis sententiis excommunicationis, suspensois, & interdictis non seruant formam ibi præscriptam, que illi proferte sententiam in scriptis, & in ea exprimere cauam, ob quam fertur, & exemplum scripturæ tradere excommunicato intra mensum, si ab eo postulatum fuerit. Hinc ergo ludices delinquentes ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officiis per monachum suspenduntur. Unde non solum in Ecclesiæ, sed extra vi dentur priuati ab auditione diuinorum, aliae superuenient illa verba: A diuinis officiis, siquidem ex interdicto ab ingressu Ecclesiæ priuati interdictus officiis diuinis in Ecclesiæ afflisteret, tametsi alii non improbabiliter videatur illa verba Ab officiis diuinis, causa maioris claritatis apostoli fidei, que loquitur ab officiis diuinis, intra Ecclesiæ hoc interdictum priuari. Sicuti indicat Suar. disp. 37. sect. 1. num. 1. Hæc censura non extendit ad Episcopos, quia de illis non est facta mentio. Neque Prelatos regulares plenariae comprehendunt, quia priuilegio, conseruandis recepto, solent verbo tenet has censuras in suo subditos preferre, ut notavit Henric. lib. 13. cap. 4. num. 5. Sayrus lib. 5. cap. 12. num. 17. Huic censura annexa est quæ fertur in cap. sacra de sententia excommunicatis, aduersus quemque ludicram præsumptivam sententiam excommunicationis non præmissa competente monitione, & personis præsentibus idoneis per quas possit monitus probari, interdictur huic iudicii per mentem ingressus Ecclesiæ.

Tertius interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ qui Episcopum, Abbatiam, aliamque dignitatem Ecclesiasticam de manu laici receperint, eidēque censura laicus subiicitur. Sicuti habetur in cap. si quis deinceps, 1. 6. q. 7. Requiritur autem ut receptio sit completa, & perfecta, quæ non intelligitur esse nisi illius dignitatis possessio capta fuerit. Sicuti tradit Suar. disp. 37. sect. 1. num. 9. Filiiuc. tract. 18. num. 14. Alter. disp. 12. cap. 1.

cap. 2. col. 5. Bonac. t. 3. de censur. disp. 4. q. 2. p. 2. num. 2. & colligitur ex illis verbis Textus: *Locum deforuerit, qua supponit locum deferendum possesse esse. Perseuerat autem haec censura tam ex parte Clerici recipientis dignitatem, quam ex parte laici conferentis, quoniam dignitati sic accepte celum fuerit; nam Textus inquit, Introitum Ecclesia interdictum, quoniamque locum quem sub criminis tam ambitionis, quam inobedientie caput, respicendo non deferit. Ergo deferto illo loco, & dignitate renunciata cessat interdicti sententia. Ut notat Bonacina super. num. 6.*

<sup>4</sup> Quādā fuit speciale interdictum ab ingressu Ecclesia in cap. presenti de officio ordinar. lib. 6. aduersus Episcopos, & eorum Superiores, qui surpant bona Ecclesiarum, vel beneficiorum vacancium, vel fructus eorum qui pertinent ad ipsa beneficia, vel ad successores. Et perseuerat hoc interdictum quoniam restituunt faciant de praeditis. Aduersus alios inferiores Praelatos fuit censura suspensio, ut superius declarauimus explicantes suspensionem latam in cap. quia sāpē de electione, lib. 6.

<sup>5</sup> Quinto in cap. *Episcoporum de Privilegiis* in 6. interdicuntur ab ingressu Ecclesia omnes quantumcumque exempti cuiuscunq̄ ordinis, status, vel conditionis existant, qui scientie celebrant, vel faciunt celebrari diuina in ciuitatibus, castris, villis, nisi quatenus eis à iure conceditur, seu locis aliis interdictis ab Ordinariis, seu delegatis iudicibus, vel à iure. Quive excommunicatos publicē, vel interdictos ad diuina officia, seu Ecclesiastica Sacra menta, vel Ecclesiastica sepulcrorum admittere præsumptiūt. Interdicunturque donec de transgressione huicmodi ad arbitrium eius, cuius sententiam contempnerunt, satisficerint competenter. Quā satisfactione posita interdictam cessat, quia solum usque ad satisfactionem competentem latum est. Sed an hæ actions præstantia sint in interdicto locali generali? Non est constans Doctorum sententia. Nam Bonac. disp. 4. q. 2. punct. 6. num. 3. existimat lati esse, si in interdicto locali speciali præstantur, quia textus videtur generaliter loqui, vt colligatur ex verbis superioris relatis. Sed rectius contrarium docuit Suar. disp. 37. sect. 1. num. 5. Piliucius trah. 18. num. 147. quia hac constitutio præcipue lata est ad comprehendendam exemplorum audaciam: exempti autem solum in interdicto generali loci exemptionem prætendere possunt, & non in interdicto speciali. Deinde verba textus solum interdicto generali perfecte accommodantur, inquit enim textus, scientie celebrant, vel faciunt celebrari diuina in ciuitatibus, castris, villis, seu locis aliis: ciuitas namque, castrum, villa, & locus subiecta sunt interdicti generali.

Personas vero hoc interdicto comprehensas existimat Nauar. c. 27. num. 157. Courcius. c. alma 1. p. 8. 6. n. 9. Suar. disp. 27. sett. 1. num. 5. Aula 5. p. 5. dub. 4. & alii esse seculares, vel regulares excepti a iurisdictione ordinaria, quia hos voluit Pontifex hanc censuram compescere, nam ordinariis iurisdictioni subiectæ ab Ordinariis compelli poterunt. Contingunt autem lati probabilitates docent Glosa ibi verbo integrum. Sylvestr. verb. interdictum 6. 8. 2. Angel. codem num. 5. Bonac. t. 3. disp. 4. q. 2. p. 6. n. 9. nam illa dictio quoniamcumque exempti non est restrictiva dispositionis, sed ampliatura præstata hunc sensum; quoniamque Clericus laicarius, vel regularis etiam summe exemplis sit, &c.

Circa posteriore partem illius Textus communis est sententia, quam docuit Suar. disp. 27. sett. 1. num. 5. Piliucius trah. 18. n. 147. Bonac. disp. 4. q. 2. n. 6. Coninch. de interdicto, disp. 17. dub. 5. num. 7. comprehendere solum admittentes excommunicatum, & interdictum denunciatum quia hos solos ex vi censuræ post Extravag. Ad evitandam vitare tenemur. Deinde hæ poena non fuit contra participantes in quibuscunque rebus cum excommunicatis, & interdictis denunciatis, sed solum contra participantes in diuinis officiis, Sacramentis, & Ecclesiastica sepulcura, & non de quacunque participatione, sed de ea quæ propriè significatur per verbum admittuntur. Quæ participatio solum habet locum in illis ad quorum curiam spectat prohibere, vel admittere aliquem ad huiusmodi actus, sicuti si rector eis Ecclesia, & ibi permitteret excommunicatum, vel interdictum denunciatum officiis diuinis assistere. Item si excommunicato, vel interdicto vitando sacramentum aliquod ministraret, quia ea ministratio sufficienter ad ipsum Sacramenti admittit. Secus est, ut ab excommunicato, vel interdicto Sacramentum acceptipit, ut notarunt Suar. Piliuc. & Bonac. locis citatis. Dixi quia admittit excommunicatum, vel interdictum. Nam de suspensiōne nihil cauerit in *supradicto cap. ac proinde ex vi huius Textus nullam penam contrahere*, etiam si ad Sacramenta suspensus admittitur.

<sup>6</sup> Sexiū fuit simile interdictum ab ingressu Ecclesia in Extravag. unica de *Canibus inter communes*, aduersus Episcopos, & Superiores Praelatos, recipientes ab Ecclesia quam videntur munera, & alia que sibi non debentur, si intra mensem, vel melius dicam intra duos menses non restituerint Ecclesia ab ea accepta, & fuit interdictum non absolute, sed quoque

que dictæ Ecclesiæ duplum non restituerint. Ea vero restituzione facta, interdictum finitur. Qui vero nomine Episcopi, visitauerint, & vita designatas procurations receperint, suspendentur ab officio, & beneficio, quoque duplum illius quod acceptum est restituerint, sicut loquentes de suspensione expouimus.

Insuperque additum aduersus familiares Praelati personaliter videntur qui per se, vel per alios aliquid ultra sibi debita accepert ignorante Praelato, si intra duos menses duplum non restituant, ex tunc si Clerici sint suspensi ab officio, & beneficio, si laici interdicti ab ingressu Ecclesia, & ab Eucharistia communione, donec de duplo huicmodi gravatis Ecclesiis, monasteriis, seu aliis pliis locis sati fecerint competenter. Ut latius diximus, cum de suspensione fuisse locutum.

Septimū fuit interdictum absolutum, & absque illa limitatione in Extraug. 3. de *Privilegiis auctiūs Ordinarios*, & reliquos omnes qui conferunt beneficia eorum qui pro suis negotiis ad Romanam curiam perfecti sunt, quive in illa officia aliqua excent, & extendit pena aduersus recipientes, & talis receptio & donatio irrita, & nulla declaratur. Solum aduerto ibi non solidū ferri interdictum, sed suspensionem, & excommunicationem reseruatam, quæ excommunicatione Episcopos comprehendit, nam etiā sub suspensione, vel interdicti pena non comprehenduntur. Vide quæ diximus, cum loquentes de excommunicatione, & suspensi, hunc Textum expoluimus.

Octauo fuit in *Extraug. unica*: *Ne Sede vacante, aduersus Episcopos, & Superiores qui contra preceptum illius decreti aliquia bona beneficiorum vacantium usurpari, si intra mensem non restituunt iis ad quos pertinent. Et fuit prius suspensione à Pontificibus. Secundū interdictum ab ingressu Ecclesia aduersus vniuersitatem, vel collegium fuit absolutum. Singulares vero personæ excommunicatione subiiciuntur.*

Nono fuit interdictum absolutum, & alia pena aduersus Abbatem, & Episcopum qui inconsciente Romano Pontifice aut non seuata forma Extraug. Ambitione de rebus Ecclesia non alienari, bona Ecclesiæ alienauerint, quam constitutionem plures Doctores censerent receptam non esse.

Dicimū fuit interdictum ab ingressu Ecclesia in bulla <sup>10</sup> Pii V. edita confirmationem Concilij Trident. aduersus Praelatos edentes Glosas, seu commentaria in Concilium Trident. eā publicantes, quod qua ratione intelligendum sit explicitius declarantes excommunicationem ibi appositam contra singulare personæ.

Vnde decimo in eodem Concilio Trident. *sett. 6. cap. 1. dere-* <sup>11</sup> *format. in fine latum est interdictum ab ingressu Ecclesiæ aduersus Metropolitanum, qui intra tres menses Suffraganeos Episcopos abique rationabili causa absentes a suis Ecclesiis per annum, & aduersus Suffraganeum Episcopum antiquorem residentem, qui Metropolitanum per annum absentem abique causa denunciare intra tres menses per nuntium, vel litteras Pontifici omittit.*

Dodecimo fuit interdictum ab ingressu Ecclesia Pontifici reseruatum in Bulla Sixti V. que incipit: *Santum, & salutare, aduersus simoniacos ordinantes. Sed quia ibi etiam suspensi iniunguntur, de qua suo loco egimus, nihil speciale notandum in presente occurrat.*

Decimo tertio Pius I V. in Bulla que incipit: *Romanum 13. Pontificem iungit penam interdicti absoluiri, & Pontifici reseruat Cardinalibus Sancta Romana Ecclesia, alisque Praetatis recipientibus beneficia, vel pensiones in confidencia, inferioribus penam excommunicationis iniungit, quam suo loco explicamus.*

Dicimoquarto referunt ab aliquibus interdictum ab ingressu Ecclesiæ, quod latum est in cap. si quis sum, 8. 1. dist. aduersus Presbyteros, Diaconos & Subdiaconos, qui in crimine fornicationis perseuerant. Quod interdictum testatur Bonac. disp. 4. q. 2. p. 10. vñ receptum non esse, sed casu quo receptum sit, finiti delinquente penitentiam agente, quia Textus inquit: Interdictum eis Ecclesia introitum vñque dum penitentiam & emendent. Ergo posita penitentia & emendatione, cessat interdictum, quod appulit est vñque ad illum terminum.

Denique adducit Bonac. disp. 4. q. 2. pun. 11. interdictum <sup>12</sup> ab ingressu Ecclesia apposuit a sacra Cardinalium congregacione die 22. Septemb. anno 1625. aduersus Capitula, Collegia, Societates, Congregationes, & locorum plororum Superiores, & alios ad quos pertinet, si pecuniam accepit pro onere perpetuo Misericordiarum celebrandarum non depositare penes adem sacram, vel personam idoneam, vt quampliunt possit in bona immobilia, commutetur cum individua mentione oneri, quod illis est aeneum, quia hoc ex voluntate concedentis elemosynam requiritur, siquidem intendit Misericordiarum onus esse perpetuum, ad cuius suam maximè expedit ut elemosyna perpetua sit, quod esse nequicunq̄ nisi precio accepto, bona immobilia comparantur. Item sub eadem pena interdictum

interdicti iniungitur, ut si ea bona immobilia auctoritate Apostolica contigerit alienari, pretium eorumdem eodem modo deponatur in bona immobilia, cum eiusdem oneris repetitione convertendum. Quod ob eandem rationem dispolatum est.

Deinde iniungit sub eadem pena interdicti secularibus Clericis, & regularibus sub pena priuationis vocis actiua, & passus, priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa in posterum obtainenda; vt si forte onere Missarum celebrandarum detinatur, auserant ab Ecclesiis capsulam cum inscriptione pro Missis celebrandis. Ne ea occasione onere Missarum grauenter, cui nequeunt commodo tempore satisfacere contra voluntatem, & intentionem elemosynas tribuentum, & Missas postulantibus; hac enim parte nihil amplius praecepit nisi quod iure natura cauetur, iure namque naturae verum est, ne quis Missas dicendas in longum tempus differat contra voluntatem, & intentionem eorum qui stipem pro illis dicendis concesserunt. Quare si breui tempore recipis, & recipiendis satisfacter potest, non est opus capsulam tollere, & a recipiendis elemosynis Missarum abstine-

re. Alia plura adducit Bonac. dicto t. 3. disp. 4. q. 2. penit. 1. à sacra congregazione Cardinalium decreta circa Missas, & earum elemosinas, quae iuri, & ratione confitentia sunt, & obseruari coepit. Primo namque refert prohibitum esse à sacra Congregatione, ne Episcopi, aut Generales Religionum tequant onera Missarum post Concil. Trident. imponatur, aut in limine beneficij, nisi forte ipse testator hanc facultatem Episcopi, aut religionis Superiori concesserit. Neque obest quod legatum sit ita tenue, vt nullus vellet Missarum oneri satisfacere, id est expedit fieri reductionem, quia haec non negatur, sed cautele ne ab alio, quā à Pontifice fiat, quam gratis, aliqui villis expense praefabbi. Secundo refert Bonac. prohibitum esse, ne quis plures accipiat elemosinas (intelligitur integras) pro eodem sacrificio, reuocaque omnia priuilegia quibusunque locis, vel personis conceperit, quibus concedebatur, vt certarum Missarum, vel anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, vel orationibus facis fieri pluribus oneribus Missarum in futurum suscipiens. Etenim cū iam iure naturali nullus possit pro uno Sacrificio nisi unum congruum stipendium accipere, iniustitiam committit intendens pluribus stipendiis unico sacrificio satisfacere. Quod si aliquando stipendium minus congruo datum sit, & recipiens illo contentus fuit, nequit aliunde compensationem accipere, quia iam cessit iuri quod habebat, vt sibi congruum stipendium concederetur. Reuocatio vero priuilegiorum conuenientissima fuit, ne concedentes elemosynam sua intentione defraudentur, neve alii ab his elemosynis concedendis, & capellaniarum fundatione retrahantur. Tertio refert prohibitum esse Sacerdoti accipienti certam elemosynam pro Missis dicendis alteri Sacerdoti eas Missas celebrandas committere, minori stipendo concessio, quia nulla videtur congrua ratio ob quam possit partem stipendiij sibi concessi retinere, cū ex voluntate donanti concedatur ei quatenus est Missas celebrantur, & non aliter. Ex quo decreto non impediuntur custodes Ecclesiarum ex elemosynis pro Missis dicendis aliquam partem sibi retinere pro labore impenso in harum elemosynarum collectione, alataque obsequio, nempe cera, vino, & aliis, dummodo congruum stipendium Sacerdoti celebratori concedatur, quia his oneribus sacrificia postulantes satisfacere tenentur, siquidem irrationabiliter vellent sibi gratis ea obsequia praestari.

Ad extreum alicui non videbatur improbable hæc sacra Congregationis decreta eti ratione, & aquitati conformia sunt, vim legis saltem extra Italiam non habere, quia illis deficit requisita publicatio, & communis acceptatio, & iurisdictionis à Pontifice in totam Ecclesiam concessio, vt indicat Bonac. d. pan. 1. in fine. Quod an verum sit, alii iudicandum remitto.

## PVNCTVM IX.

## De cessatione à Diuinis.

## §. I.

## Quid sit, &amp; quotuplex cessatio?

- 1 Explicantur cessationis definitio.
- 2 Qualiter ab interdicto differat;
- 3 Duplex est cessatio.

**A**nnexa est cessatio à diuinis interdicto, eique ex parte similis. Dicitur autem cessatio ab effectu quem habet, quia ex vi illius diuinis laudes in aliquo loco cessant, id est

que Doctores cessationem definient esse prohibitionem Ecclesiasticam Clericis impostam abstineendi ab officiis diuinis in aliquo loco. Hæc prohibitiæ est ob culpam gravissimam alicuius apponatur, non est tamen censura, quia non magis nocentes, quam innocentes affici, sed est quadam diuinorum officiorum negatio, quam Ecclesia clericis sub precepto iniungit in signum doloris, & tristitia conceperit ob gravissimam iniuriam sibi, seu honori diuinorum illarum, & in illius reparacionem, vt hac ratione cogatur delinquens ab iniuria desistere, & satisfactionem exhibere. Sciri colligit ex Clement. 1. de sentent. excommunicat. sub finem, & traditum Doctores. Nauar. cap. 27. num. 18. Say lib. cap. 17. num. 2. Svar. disp. 38. sec. 1. num. 1. Coninch. disp. 17. dub. 1. in præ. Filiicrus tract. 18. c. 7. q. 1. Bonac. t. 1. disp. p. 1. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 4. c. 6. num. 1. Aula. p. de censura disp. 1. dub. 1.

Ex his infurit plurimum cessationem ab interdicto diffire, nam interdictum etiam locale semper afficit aliquam personam determinatam, nempe illum usus causa interdictum latum est, cū tamen cessatio à diuinis nullam personam determinatam afficit. Sed omnes à diuinis illo in loco vbi fertur cessatio arceantur. Secundo ob violationem cessationis per exercitum Ordinis nulla est irregularitas imposta, quia tamen violationi interdicti apposita est. Tertiū cessatio non est censura, secundus interdictum. Cap. quatuor de verborum significat. Quartū priuilegium tempore interdicti concessa ad cessationem à diuinis trahenda non sunt. Quintū cessatio à diuinis nunquam imponitur ipso iure, bene tamen interdictum. Denique effectus cessationis, & interdicti aliquo ex parte differunt, sicuti hac omnia in sequentibus videbimus. Ergo cessatio à diuinis ab interdicto differt.

Duplex est cessatio, alia generalia, alia specialia. Generalia est qua respicit provinciam, ciuitatem, castrum, villam &c. Specialia est qua determinato loco apposita est scilicet Ecclesia, cæmetero, oratorio &c. Sicuti de interdicto diximus.

## §. II.

## Quos effectus habeat cessatio à diuinis?

- 1 Triplex est effectus.
- 2 Plures censent non solum à Pontifice, sed à quolibet infra re cessationem imponi posse partiale.
- 3 Verius est oppositum.
- 4 Primus effectus cessationis, qui est priuatio diuinorum officiorum Clericos, quam laicos comprehendit.
- 5 Aliqui censent priuilegium concessum in cap. alma mater de lectoris. excommunicat. in 6. extendi ad ceſſationem.
- 6 Oppositum verius est.
- 7 Priuilegium concessum pro illis quatuor festis utriuslibet relata in dicto cap. alma ad cessationem extendit. scilicet confessio, confutatio, amissio, & peccato turis rigore contrarium efficit dicendum.
- 8 Ex vi villius priuilegiis concessi audiendi diuina, vel celebrandi tempore interdicti, non possunt tempore cessationis celebrari, vel audiendi diuina.
- 9 Tempore cessationis licitum est celebrare in qualibet Ecclesia semel in hebdomada pro resonante Euchristia.
- 10 Hora canonica in particulari recitari possunt tempore cessationis.
- 11 Tempore cessationis ea Sacra mentria ministrari possunt, que tempore interdicti.
- 12 Cessatio se non videtur priuare Ecclesiastica sepulta.

**T**riplex effectus communiter cessationi attribuitur, nempe priuatio diuinorum officiorum, sacramentorum & Ecclesiastica sepulta. Sed an hi effectus cuilibet cessationi annexi sint; Variant Doctores. Nam Suar. disp. 39. sect. 2. num. 1. & 4. num. 4. Filiicrus tract. 18. capite 9. num. 172. Et 187. censent non solum à summo Pontifice (de quo non est dubium) sed à quolibet Iudice cessationem imponi posse partiale, hoc est quoad unicum tantum effectum, & non quod omnes, & quod priuationem diuinorum officiorum, & non quod priuationem sacramentorum, quia hæc potestas nullibet videtur restringi.

Cæterum longè verius est nullum alium præter Pontificem cessationis effectus limitare posse; quia hi effectus annexi sunt cessationi ex iure communis statuto in cap. non est 11. de sponsalibus ibi: Nulla officia diuina celebrari permittuntur. Quod iure mutare nemo potest. Sic ut ergo nullus potest excommunicationis effectus restringere; quia iure communis sunt statuti, sic neque cessationis effectus restringere valeat. Neque placet responsum Suar. dicta sect. vol. m. 4. Pontificem loqui ibi de speciali cessatione, nam Doctores omnes inde sumunt argumentum ad affirmandum cessationem quamlibet